

3. in Cant.) non paucas columbae proprietates Virgini accomodat. Est enim, inquit, sine fele, nihil rivum comedit, pullos alienos nutrit, candidiora grana legit, in petris nidificat, geminam pro cantu habet, libenter iuxta fluentia residet, ut venientem accipitum ex umbra præcognitum perniciter accipiat. Sic beatam Virginem docet nihil unquam habuisse invidiae, nihil odii, longe semper ab iis abfuisse, de quibus dictum est, quod devorant plebem, sicut eam panis. Nos, qui secundum carnem alieni eramus a sanguine Israel, meritis eius vivimus. Illa creditum sibi secretum Dei, et testimonia Scripturarum conferens in corde suo conservavit; illa in solitudine fidei permanens, serpentis antiqui venena exavit, per cunctis mortaliibus anore Dei vulnerata gemere non cessavit, illius pectori omne fumentum Scripturarum plano contiguum fuit; nec unquam adventus spiritalis accipitris eam præoccupavit, aut ei potuit oppropinquare.

Tandem, ut ad informandos mores non nihil de turture, et columba dicam, unanimis est Aristotelis, Plinii, et reliquorum de rebus naturalibus agentium sententia, turturum post amissum suum consortem semper gemere, et consolationem, quam reliquæ volucres capiunt in viridibus arboribus sistentes, omnino respicere. Unde divus Bernardus (serm. 59. in Cant.) ait: *Videas ubique singularem, gementem ubique audias, nec unquam in viridi ramo residentem prospectis.* Non secus anima, quæ per lethale peccatum sponsum amisit, hoc est, Deum ipsum, cuius ipsa facta fuerat consors, ut loquitur divus Petrus, perpetuis gemitibus illum diligenter quaerere, et ab omni humano solatio, donec illum inveniat, se abstinere debet. Unde divus Gregorius (in c. 1. Cant.) exponens verba illa: *Pulchrae sunt genae tuae sicut turturis*, dixit: *Turtur postquam parem suum perdidit semel, nunquam alteri se iungit, sed semper solitarie habitans in gemitu perseverat, quia quem diligebat, non inveniens quaerit. Sic sancta quoque anima dum ab sponso suo absens est, ab eius amore non recedit, sed in eius desiderium semper anhelat, et gemit; et dum illum, quem valde diligit non invenit, quia ab omni alieno amore retrahit, quasi in generum verecundia castitatem cordis ipso habitu, et actu ceteriorum ostendit. Earundem proprietatem memor Aymon de purificatione agens dixit: Egre-gium poenitentibus exemplum præbeas; amisti non contemnes, sed summum bonum Deum, signa summi moeroris exhibe, impiorum hominum, qui te in peccatum revocare possunt, consortia desere, solus peccata amaro corde volce, voluptates fuge, frondentibus inanis lætitiæ ramis ne inside. Nec gemere aerea cessabit turtur ab ulmo, dicit poeta, nec gemere ex animo cesset peccator amaro. Hinc Ambrosius ad Lapsam (cap. 8.) scribens ait: In primis omnis cura vitæ huius intermenda tibi est, et quasi mortuum te existimans, sicut es, quonodo possis reviviscere cogita. Deinde lugubris tibi accipienda est vestis, et mens, ac membra singula digna castigatione puniendi. Amputentur crines, qui per vanam gloriam occasionem luxuriæ præstiterunt, defuant oculis lacrymæ, qui musculum*

non simpliciter aspererunt; pallescat facies, quæ quondam virum impudice. Denique totum corpus iniuriis, et iciniis macerare, cinere aspersum, et opertum ciliis perhorrescat, a Deo miles sibi de pulchritudine placuit, a Deo illi parcat. Grandi plagæ alla, et prolifica opus est medicina; grande scelus, grandem habet necessariam satisfactionem.

Verum, qui ad Deum ex toto corde convertitur, non solum turturis, sed columbae naturam induere debet; cuius tanta est fecunditas, ut per totum annum singulis mensibus ova producat, foveat, super illa incubat, pullos in lucem edat, diligenterque nutriat. Hæc fecunditate vigeat d. Paulus cum dicebat (1. Cor. 15.): *Gratia Dei in me vocata non fuit, id est, nunquam fuit otiosa, sed semper operibus vacabat.* Videtur divus Paulus gratiam considerasse instar sigilli: nam sicut sigillum, dum non imprimitur molli hostiæ, vel ceræ, ut in illis suam imaginem exprimat, otiosum manet, et vacuum, quia dum sigilli munere non utitur, eius concavitas non implentur; ita dum divina gratia bona opera non sigillat, ab exercitio bonorum operum cessans, vacua manet et otiosa. Unde sicut natura vacuum in rebus naturalibus; ita et Christus spirituale vacuum maxime abhorret. Et ideo Apostolus nos illud diligenter vitare monens, ait (2. Corinth. 6.): *Exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Ille certe in vacuum gratiam Dei non recipit, qui divinæ gratiæ auxiliis ita bene utitur, ut a procreandis bonorum operum factibus instar foecundæ columbae nunquam cesset. Hinc intelligetis causam, ob quam, ut refert divus Mattheus, Christus Dominus maledixit figi non ferenti fructum, cum tamen non videretur ob id tunc maledicenda, quia ut advertit sacer Evangelista (Marc. 2): *Non erat tempus scorum; id enim iuxta computum, quod ex evangelistis colligitur, die undecima martii contigit; illo autem tempore ficus non solum fructum, sed nec folia producit.*

Divus Hieronymus (in commentario illius loci) consulto id fecisse Dominum ait, ut significaret, illud debere interesse discrimen inter humanam plantam, et reliquas, quæ in hortis consistant sunt, quod licet istæ aestatis temporibus fructus ferant; illa tamen hybernæ temporis nescia in omni tempore bonorum operum fructus parere debet, cum divina irrigatio, et coelestis auxilii influenza in eo deficiat. Sicut autem columbae foecunditas in eo valde elucet, ut non unum, sed binos factus semper producat; ita in Ecclesia sua vult Deus adesse virus adeo foecundus, ut non solum sibi, sed et aliis utiles se exhibeat, ut sub egregia metaphora divinus Sponsus explicavit, dum catholicam Ecclesiam dilectam eius sponsum alloquens dixit: *Dentes tui sicut greges tonsurarum, quæ ascendant de laceris; omnes gemellis factibus: sacri verbi præcones, et catholice doctrinæ vocat dentes, quia sicut munus istorum est cibum corporalem continere ad refectionem corporis naturalis; illa istorum munus est, spirituales evangelicæ doctrinæ cibum ad nutriendum mysticum Christi corpus masticare, et præparare.*

Hos ergo vult Deus non esse steriles, sed foecundos ita, ut gemellos pariant factus, hoc est, ut attendentes sibi, et doctrinæ, ut idem Apostolus dixit, non solum in se ipsis Christum concipiant, sed eundem in auditorum cordibus pariunt: et ut alter Iacob ad fratrem suum maiorem, hoc est, ad Christum cum magno incremento gregis sibi commissi feliciter revertantur. Cui sit honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XII.

De festo quod vocant Luminarium, seu candelarum, ex professo sermonem institimus, tria hæc peragentes: primum, hæreticorum petulantiam adversus luminarium usum garrientium retundimus; secundum, antiquitatem huius celebritatis aperimus; tertium varias, tam literales, quam mysticas institutionis illius causas multiplici sanctorum Patrum doctrina illustramus.

Impudentissimi, quos pudet nominare, hæretici Novatores, qui se germanos Lutheri filios, Uvicleff discipulos, Uvaldensiumque fratres gloriantur, nec non etiam infestissimi Ecclesiae hostes, Arsatius Schorfer, Bullingerus, et Nicolaus Selreccrus, Brentius et Spangenbergius, quorum animas inferni ignis depascit, stupendam Papistarum coelestem appellat, sacrum luminarium et candelarum ritum, quo frequenter, et præcipue hodierna die sancta mater Ecclesia utitur: unde Arsatius (in Postil. sup. evang. purif.) dixit: *Valde inepti sunt, qui ceres, nimirum caducis rebus præter verbum Dei excogitatis confidunt, quasi his satanas fugetur.* Nicolaus etiam Selreccrus in hunc modum sacrilego ausu loquutus est: *De superstitionibus consecrationibus candelarum, et ceræ nihil ne somniavit quidem Ecclesia; et blasphemia eius adiratioque adhibetur: ac tandem maledicus Brentius (hom. 2. in Lucam) hæc effatur non erubuit: Habent quidem lumina verbum Domini, quod sint bonæ creaturæ, et in usum nostrum civilem sanctificate; sed non habent verbum Dei quod expellant satanam; imo potius sic de ipsis sentiendum est, quod abstantes eis impia superstitione advocant magis quam expellant satanam.* Verum hanc istorum hæreticorum impiam assertionem infringere habet difficile erit: nam in primis cerorum, et luminarium religiosa consuetudo auctorum habet ipsum Deum, ut sapienter observavit d. Hieronymus (cont. Vig. c. 25); inter alia quæ Deus præcipiebatur (Ec. 15) Israelitis sibi offerri in templo, unum erat oleum ad luminaria concinnanda: et (cap. 27) filii Israel, ut afferrent oleum, ut arderet lucerna semper in tabernaculo testimonio: et (1. Machab.) sacer textus narrat Iudam Machabæum solemni facularum pompa, et lucernarum, vetus, quod antea erat templum ab Anthioco idolis dicatum,

vero Deo consecrassæ; unde ortum habuit ut celebritas illa, instar presentis, festum luminarium nuncuparetur. Deinde inveteratus Ecclesiae mos, quæ acholytus, seu ceroferosus adhibet ad sacra peragenda, specialis quoque ordo est ad institutus, aperte id execrantes ordo dant.

Item s. Patres apertissime illis refragantur: nam d. Cyrillus Ierosolymus, hoc ipso die purificationis habuit ad populum orationem, in qua inter alia hæc dixit: *Læti hodie lampades ornemus tanquam filii lucis, ceras veras lucis Christo offeramus, quoniam lumen in revelationem gentium mundo apparuit.* Prudentius etiam velde accelebris poeta, carmen integrum, et in Ecclesia catholica receptum de paschalis cerei benedictione conscripsit, cui Synodus Toletana IV (cap. 8) plenissime suffragatur: ut uno verbo multa complectar, sanctorum Patrum antiquitas præclara nobis scripta reliquit; quibus sacrum hæc die luminarium multis encomiis condecoravit. Hi sunt divus Ioannes Damascenus, Timotheus presbiter Ierosolymitanus, Amphilocheus, Chrysostomus, Gregorius Nyssenus, Eusebius Caesariensis, Cyprianus, Paulinus, Gregorius, Hieronymus, Nazianzenus, necnon Methodius martyr, qui sub Valeriano, et Decio suum pro Christi fide sanguinem fudit, isti omnes Patres unanimes sententia constanter, candelarum, et aliorum luminarium morem minime superstitionis, sed piæ, utilem et salutarem esse: alioquin inanis et irrita esset Ecclesiae præcatio, quæ postulat, ut ipsæ creaturæ sacris mysteriis serviant, divinæ quæ gratiæ, et ad salutes credentium usus sumant effectum; utque salubritas per invocationem sancti et divini nominis expetita ab omnibus impugnationibus sit defensa per Christum Dominum nostrum.

Ratio deinde non parum efficax istorum impietatem luculenter reprobatur: nam in templum allatas candelas, Deum precari, ut ad cerorum, et animarum sanitatem pro sua pietate benedicere, et sanctificare dignetur, nihil aliud est quam Pauli doctrinæ obscundare dicentis: *Creaturam pro verbum, et orationem sanctificari: super quem locum Chrysostomus (super prim. Timoth. 4) per verbum signum crucis interpretatur, quod cum precatio coniunctum talem habet sanctificandi vim sequi benedicens, ut quod sanctificat, virtutem accipiat ad nos protegendum. Adde, quod si res ipsa compertum est, sæpe diabolicis artibus, et magicis incantationibus efficit, ut creaturæ quædam inficiantur in magnum mortaliæ detrimentum, cur in Ecclesia Dei negabimus postestatem esse divinitus collatam ad certas creaturas benedicendas, videlicet aquam, salem, et similia, ut nos a diabolicis incuribus defendant? Unde Clemens Romanus (lib. Cons. Ap.) adducit nonnulla, quæ ritum hunc commendat; et vetustus Ecclesiae Pontifex Eutychieus, necnon et Basilus Magnus, huiusmodi benedictiones ad traditionem apostolicam referant. Ad extremum, inter alia complura portenta, quibus Deus optimus maximus osendere dignatus est cerorum, et luminarium usum in hæc Deiparæ Mariæ festivitate sibi esse gratissimum.*

num, in Victoriensi urbe Hispaniae in Alabae provincia apud insigne cenobium beatissimi Patris Domitici servantur viginti duo cerei maximis miraculis in augmento ponderis, et numeri a Domino mirabiliter decorati anno millesimo quinquagesimo decimo; adsuntque intra cor deauratum, ipsique Sacello appositum, subscrita carmina ista:

Omnibus, ut soecis laudatur mira potestas,
Laudaturque rosae Virginis eximiae,
Inclasi hoc clamant elingui voce sacello
Cervi, et eximium testificatur optis.
Extincti lucem spargunt per soecula futura
Crescentis, subito ponderis et numeri.

His quis non videat haecreticorum petulantiam divinitus retundi, et sacram cererum, et luminarium ritum Ecclesiae catholicae mirifice adstrui?

Hoc igitur catholico praefato fundamento, ad antiquitatem huius festi, ac varias illius institutionis causas nostra dirigatur oratio. E quidem quoad eius affines primordia, non est unum omnium sententia. Quidam historiographi affirmant festivalem hanc caepisse celebrari tempore Vigilii primi anno Domini quingentesimo octavo. Nicephorus autem (*lib. 7. c. 28*) tradit, quod Iustinianus imperator hoc festum instituit, sicut et natalivitas beatissimae Virginis; alii quod Constantius; alii vero non a Constantino imperatore, sed ad instantiam illius a Sergio pontifice institutum fuisse hoc festum autantem circa annum Domini sexcentisimam octogesima. Alii antiquius esse putant, existimantes Gelasium papam, qui per triginta annos imperatorem Iustinianum praecessit, hoc festum instituisse. Alii primum eius institutorem putant divum Gregorium, quantum ad candelarum ritum. Ego autem vetustiorum multo esse opinor hanc festivitatem, quia cum certum eius primordium nullum reperiat, primum illud, iuxta theologorum sententiam, ab Apostolorum institutione ritum habuisse, vel a proximo illis tempore. De hoc luminarium festo divus Cyrillus Ierosolymitanus abhinc mille, et ducentis annis scripsit, necnon alii vetustissimi Patres, quos supra retuli. In eo autem quod ad causas institutionis huius festi spectat, etiam est inter auctores controversia: nos literales primum, deinde mysticas apponemus. Albertus de Padua (*serm. de purif.*) asserit, quod cum apud Constantinopolim infestissima grassaretur pestis, ob hanc causam fuisse ex divina revelatione institutum. Communiorem tamen sententiam unanimi doctorum consensu constabillat, tradit, causam huius festi fuisse, quod olim Romani tria luminarium festa celebrabant: primum in honorem Proserpinae, cuius amore Pluto, infernorum Deus, vehementer captus, rapuit ipsam in sponsam, et deam fecit; unde mulieres romanae tota nocte eam cum luminariis quaerentes responsum acceperunt, quod Pluto eam rapuerat, et in sponsam acceperat. Singulis igitur anni mulieres romanae Kalendis februarii luminaria deferebant in memoriam Proserpinae raptae, et in deam translatae. Secundum, in honorem

fecerunt Februariae: nam ipsa fuit mater Martis, unde et mensem istum suo nomine vocaberunt, et de Iustro in Iustrum, id est, de quinquennio in quinquennium totam urbem cum luminariis ob sui honorem Iustrare consueverunt. Macrobius ab Augustino laudatus (*lib. Saturn. cap. 13*) rem his explicat verbis: *Secundum mensem Numa Februus patri Diis Deo dicavit, qui Iustrationum potens creditur; Iustrari autem eo mense civitatem necesse erat, quo statuit ut iusta Diis manibus solerentur.* Plinius autem habet in hunc modum: *Vulgata priscae temporibus opinio obtinuit februus esse omnia, quibus malefactorum conscientiae purgantur peccata, aut manes defunctorum placidi redderentur: neque obscure Ovidius (*lib. 2. fastorum*) idipsum innuit:*

Februa Romani dixere piamia patris,
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.

Notavit et Augustinus (*lib. 15. contra Faustum Manich. c. 5*) sicut ianarium a Iano, sic februarium a februi sacris Lupercorum appellari. Hinc notum est eruditissimis, februarie, pro purgare iam olim antiquos accepisse, quemadmodum Varro etiam indicavit. Romae igitur hoc mense suas Iustrationes habebant, totamque urbem singulis annis prophanis ritibus solenni mora purgabant.

Illustrat etiam non parum Guericus abbas haec omnia, dum (*serm. de purif. Virg.*) ait: *Agitur ergo ista festivitas incipiente mense februarii, qui a Februa, id est Platone, qui Iustrationum, id est purgationum pater a Gentilibus credebatur, ita vocatum est: cum enim Romani tripartitum orbem in sub tribu redegissent, ita unaqueque ex ipsis tribus mundi partibus, Africa videlicet, Asia, et Europa, per quinque annos solerent aurum, rursus per alios quinque annos argentum, itemque per aliud quinquennium aes; quinto demum peracto anno, ac censu soluto universa civitas mense februarii ab universo populo Iustrabatur, ut sacrificia diis infernalibus solerentur, quorum praesidio nationes orbis subingasse se putabant. Sed hanc Iustrandi consuetudinem bene mutavit christiana religio cum hac ipsa die fecerit beatam Mariam, plebs, clerusque, et sacerdotum cum cereis et hymnis ecclesiarum loca circumant, non utique ob recordationem paganorum superstitionis, aut inperitii terrestriis, sed in perennem regni coelestis memoriam, quando iuxta evangelicam parabolam, omnes electi cum lampadibus sponso, et sponsae sunt occursuri, atque thalamum supernae claritatis intraturi; haecenus ille.*

Tertium festum luminarium, quod Romani celebrabant, erat in honorem omnium deorum infernalium, ut ipsi placerent, ad misericordiam commoverent, et animas defunctorum suorum melius punirent. Quia vero difficile est assueti relinquere, nonnulli Romani, etiam postquam fidem Christi susceperant, festa ista luminarium adhuc in februario celebrabant; et ideo ad illa abolenda sancte, et religiose sacri Pontifices, ut testatur Innocentius Tertius (*serm. de purif.*), festum istud in festum et cultum matris luminis transferunt, ut in eis hono-

rem deferamus Iemina, quae nobis genuit verum lumen; et iam non fiat ad honorem Proserpinae sponsae Dei infernalis, sed ad honorem sponsae Dei coelestis; neque iam celebretur ad honorem Februae matris Dei belli, sed ad honorem matris Dei pacis; iam non fiat ad honorem curiae daemonum, sed ad honorem reginae angelorum: meritoque ista translato sic facta est, adorabant enim Romani Proserpinam, ut sic a suo sponso acquirerent gratiam: adorabant Februum, ut sic a filio suo impetrarent victoriam: adorabant daemones animas punientes, ut eas inclinerent ad misericordiam. Ista autem tria a Matre Dei recipimus, scilicet gratiam, misericordiam, et victoriam; et ideo cantat Ecclesia, *Maria mater gratiae, mater misericordiae*: ipsa enim deprecativa dicitur vis gratiam, et in bellis victoriam, et defunctis misericordiam. Atque haec de literalibus causis. Ex quibus aperte constat merito Ecclesiam catholicam hoc festum mente februarii nobis proposuisse: hic mensis non a belli quodam duce, ut graeculi nonnulli nugantur, sed vel a februi Iupercorum sacris, vel a Februo Diis patre, commentitio Iustrationum Deo nuncupabatur: vel utraque potius ob causam, quod eo mense civitas Iustraretur, et manibus iusta persolverentur, et cuiusvis generis februa, sic piamia vocabant, tunc in usu aquae vivae aspersionis far tostum, sulphura, lauri ramusculi, pineae virgae desecatae, bovum adhibebantur Iura, et aliae huius generis quisquilliae.

Porro iam ad mysticas causas sermonem convertamus, illud Dionysii Carthusianensis praecelsum eloquium praemittentes, qui (*sermo de purificatione*) dixit: *Consuetudo Ecclesiae multas ex rebus gestis retinet similitudines, quibus et rerum gestarum representat veritatem, et simplicium corda excitat ad pietatem; ut per ea quae foris representantur, ad interiorum amorem rapiantur.* Prima ergo causa tenet se ex parte Virginis; altera ex parte Christi: ideo namque candelas deferimus, ut profiteamur, quod Deipara purificatione non indigebat, quae tota instar fulgentissimae facis rutilabat: significatur enim per candelam quatuor proprietates, et praerogativae Virginis Mariae, quae in ipsa mirifice fulserunt: virginitas in carne, quae per ceram signatur apud industria factam, quia sicut nullo inter se miscentur congressu, nullo libidinis sensu capiuntur, sed omni protus dolore solutae filiorum examen emittunt; ita candidis hisce cereis, et luminibus aperte declaratur ex Maria Virgine Salvatorem nostrum, utri integritate constantissime servata, sine ullo dolore genitum esse. Deinde quemadmodum praecellissima ac valde nitentia illa lumina, quae eo die in solenni pompa a nobis gestantur, et pulchris et variis floribus, quos terra effudit, decerpta ac delibata, fructus sunt apud virginis animantis; ita Christi caro et carne virtutum omnium suavissimo odore referata processit, et matris puritatem, dum ingressus, aut egressus est, salvam et integram conservavit. Signatur etiam puritas in mente, quae intelligitur per lychnum, iuxta illud (*Ps. 44*): *Omnis gloria eius flitae regis ab intus.* Sancti CARTHAGENA, de B. M. V. — Vol. II.

ficatio in utroque, quae intelligitur per benedictionem candelae, Psalmista dicente (*Ps. 45*): *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.* Verbi incarnati divinitas in ventre latens, quae significatur per lumen, quo illum indutam vidit Ioannes (*Apoc. 12*): *Mulier amicta sole.*

Secunda ratio ex parte Christi in eo fundatur, quod ipse per candelam admissum figuratur ratione suae compositionis: componitur enim haec ex cera, lychno, et lumine; non secus Christus constat ex carne sine semine generata, et ex anima candore innocentiae adornata, et luce divinitatis carni unita; unde sponsa (*Cant. 5*): *Dilectus meus candidus, et rubicundus: candidus, propter divinitatem, ratione cuius dictus est (*Sap. 7*): Candor lucis aeternae; rubicundus, propter humanitatem: electus ex millibus, propter omnium peccati carentiam. Est et alia similitudo non parva inter Christum, et lucernam, quod sicut haec lucens semper consumit in nostram utilitatem; sic et Christus in nostrum obsequium, postquam carnem assumpsit, variis cruciatibus oppressus interit: *Afflictus est propter scelera nostra, ut dixit Isaias (*c. 53*): et David (*Psal. 101. 4*): Ossa mea sicut cinerem aruerunt: sicut enim in cremo nihil remanet pinguedinis; ita in anima Christi nihil sensibilibus consolations remansit, iuxta illud (*Matth. 6*): *Tristis est anima mea usque ad mortem.***

Tertia ratio mystica sit, ut moneremur ad sanctitatem vitae tria haec adhibenda esse, fidem veram, intentionem sinceram, operationem bonam; quae omnia cere designat: quia sicut cere rorae coelestis igitur, sic bona nostra a Deo praecipue procedunt, dicente Isaias (*c. 26*): *Omnia opera nostra operatus es in nobis.* Fides intelligitur per lumen, quia sicut cere sine lumine non lucet, sic et nostra operatio sine fide Deo non placet: (*Hebrae. 11*): *Sine fide impossibile est placere Deo.* Intentio designatur per lychnum, qui occultus, candidus, et hauius luminis est, quia intentio nostra debet esse occulta laudi humanae, et candida, et pura, solum Deum respiciens, necnon operum nostrorum coram Deo hauius, ut illa remuneret, iuxta illud (*Matth. 6*): *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Significatur etiam qualis debet esse homo in fama: candela enim lucet accensa, occulta non lucet, faetet extinguita; sic sancti viri lucent aliis per exemplum: (*Matth. 6*): *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Si vero pigrescat, ac per torporem se occultent in otio, secundum illud (*Matth. 6*): *Neque accendant lucernam, et ponant eam sub modio, tunc lucere desint; si vero publice, et cum scandalo probantur, tunc facere incipiunt non minus quam corpora illa, de quibus Isaias (*c. 34*) dicit: *De cadaveribus eorum ascendet factor.**

Tria praeterea sunt, quae ab extinctione praevent candelam: primum abscondi a vento; secundum aliis candelis associari; tertium sufficienti pabulum ei ministrari. Qui ergo non vult extinguere, abscondat se a vento laudis humanae; societati sanctorum se iungat; et continuo pabulo divinae laudis se nutriet, et Incerna eius nunquam extinguetur. Tria etiam

le, hoc tanto viro digna, scribit magnus Abbas Guericus discipulus charissimus d. Bernardi: Longitudine dierum adimpleverat Deus senem iustum, ut ostenderet ei salutarem suum in cultu suo. Plenus ergo dierum temporalium portabat antiquum dierum antiquorum, atque spoli aeternae pignus fidelissimum tenebat in sinu repositum, quod videlicet dies suos super dies senis adiceret puer ille, virtutemque eius renovaret ut aquilae. Quamquam senem quoque iustum sic, ut Abraham, cum dicit, dierum, tibentius accipiam, plenum virtutum quam temporum, cum tempora statum nullum habeant, suoque accessu decedentia hominem potius exauriant quam impleant. Sed neque magnus est, ino magis malum, nullis vicissis diebus, si non senueris virtutibus, cum puer centum annorum moriturus sit, et peccator centum annorum maledicendus; ideo si annis multis exierit homo, ut ait Salomon, et in omnibus laetus fuerit, memnisse debet tenebrosi temporis, et dierum multorum. Ceterum e contrario senectus venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata: cani sunt enim sensus hominis, et aetas senectutis via immaculata. Si hac utraque senectute Simeon non consensisset, nunquam coronam, sensum, sapientiam Dei Christum portaverat. Sic namque scriptum est: Corona dignitatis senectus: quae in viis iustitiae reperitur, quae perierit in coronam aptatur, nisi sapientia Dei Christus? ipse namque merito iustorum operum tribuit canos sensus sapientiam, quam postmodum formabat iustus in corona gloriae. Sanctus itaque Simeon, ut sanctus senescebat, adhuc senectutem sapientiam, ut sapientiam senem factam puerum in viis iustitiae, quem scilicet in spiritu venit in templum, reperit, et comperit in veritate: quia senectus, quam bene vobis pariter convenit, in huius pueri sensibus, et moribus, quo utique nihil innocentius, sed nihil sapientius: nihil iucundius, sed nihil maturius: nihil mitius, sed nihil iustius; haec non ille.

An autem Simeon fuerit sacerdos legis scripturae, Euthymius, Theophylactus, et quidam Neoterici, illorum assaeae, omnino negant, ea ducti ratione, quod cum d. Lucas tot titulis eum exornaverit, non videbatur honorificum sacerdotis titulum praetermissurus, si illi congrueret. Quod autem ait Lucas Simeonem Mariae, et Iosepho benedixisse; id non fuit tantum qua sacerdos, sed ut venerabilis senex, prospera annuncians; quo benedictionis genere Iacob regi Pharaoni benedixit, ut (Gen. 47) legitur. In contrarium tamen est magna antiquorum Patrum copia. Nam praeter d. August. (serm. de Nativ. Dom.) Simeonem appellante senem, probatum, et coronatum, quo significavit eius sacerdotium: nam, ut Card. Toletus (in cap. 2. Lucae) ait, nihil aliud erat esse coronatum, quam sacerdotis mitra insigniri: idipsum expresse docuerunt vetustiores illi Patres: nam Cyrillus Ierosolym. (hom. de occurr. Dom.) dixit: *Audi Israel, audite omnes gentes: quem ego sacerdos vester Simeon ulnis gesto, magna voce et praedico, et testimonio meo palam commendo, hic Deus, et Dominus est, Athanas. etiam (lib. de comm. Patris, Filii, et Spir. essen.)*

ad idem sic loquitur: *Simeoni certis, et sacerdoti, et seni oraculum redditum est a Spiritu, nequaquam morieris quin prius videris Christum.* Suffragatur d. Epiphanius. in haec verba: *Simeon sacerdos e tribu Aoron emicuit: hic quippe est qui oraculum accepit a Spiritu sancto, neutiquam visurum esse mortem, quo usque Christum Dominum incarnatum videret.*

Triplex tandem ratio id ipsum probat: tum quia Simeon suscepit Christum, cum parentes eius illum inducerent in templum; ut autem adnotavit d. Athanas. (praecit. loc.), nulla rationabilis causa excogitari potest, cur ille susciperet, nisi quia sacerdos erat, qui ex officio oblatum puerum nomine Domini acciperebat, nec parentibus reddebat, donec redimeretur: tum quia sacerdos Evangelista ibidem testatur, Simeonem parentibus benedixisse (Luc. 2): *Et benedixit illis Simeon; ut autem constat (Num. 6), sacerdotibus mandatum erat in legem benedicere populo: tum quia antiquissimus mos in Ecclesia cathol. inolevit, ut inter sacras imagines praesentationis Christi mysterium exprimentes, sacerdotalibus vestimentis indutus depingatur. Nec quidquam refert, quod sacerdos, sacerdotem illum non nuncupaverit: nam, ut d. Hier. tradit ex communi Patrum graecorum sententia, Iob fuit sacerdos, et tamen eius sacerdotio praetermissum dicitur de illo (Job 1): *Vir erat in terra Hus, nomine Iob, et erat vir ille simplex, et rectus, et timens Deum.* Addo deinde, salis explanasse Evangelistam Simeonem sacerdotem fuisse, dum illum refert suscepisse infantulum oblatum in manus suas, ut supra dixi, quod ad sacerdotem pertinebat.*

Non solum autem nobilem, necnon senem, et sacerdotem, sed et virum doctrina conspicuum fuisse, multi affirmant. Nam, ut refert Card. Tolet. (in c. 2. Lucae), nonnulli in ea fuerunt sententia, ut pulerent illum fuisse magistrum Camalielis, legis doctoris celeberrimi, ad cuius pedes Paulus fuit eruditus, et unum ex auctoribus magnae congregationis, qui in Talmudicis libris Simeon iustus nominatur. Sed et Egesippus, et Nicephorus haec valde singularia de illo scripsere: *Erat, inquit, Simeon insignis quidam Rabbi, et magister inter Iudaeos, legebatque sacram Scripturam in synagoga Ierusalem. Accessit autem aliquando ad interpretationem illius loci Isaiae: Ecce virgo concipiet, et pariet filium. Visum autem sibi fuit, quod scriptulum quandam, et dubitationem generaret in auditorum suorum animis, quod virgo esset conceptura, et paritura. Unde in suis scripturis quae in publicum erant evulgandae, loco illius vocabuli, Virgo, posuit dictionem quandam hebraeam, mutata una tantum littera, quae sonabat, Invenctulam, hoc est, puellam quandam, scie esset, scie non esset virgo. Per tres autem vires mutavit nomen, et per totidem vires invenit illud delatum, et positum quod ipse delere volebat. Posuit autem in admiratione tantae rei, supplex a Domino postulari, ut sibi tantum mysterium revelare dignaretur: atque ita in revelatione ipse primo reprehensus fuit propter id quod fecerat; sed quia intentio eius bona esse videbatur, non fuit punitus. Dixit ergo ei Deus, quod ipse an-*

tequam moretetur, videret prophetiam illam impletam, et propriis oculis videret virginem illam, de qua hic praedicabatur, et videret etiam filium eius redemptorem mundi, atque hanc spem Simeon conservavit donec Christum viderit. Magister tamen historiarius affirmat id de mutatione hierae concitigisse, quando Ptolomeus Philadelphus rex Aegypti congregavit septuaginta duos interpretes, ut sacram Scripturam in graecum sermone transferrent, inter quos alter fuit Simeon iste, qui contigit liber Isaiae interpretandus: cum venisset ad illum locum: *Ecco Virgo concipiet, et pariet filium: timens ne Ptolomeus diceret in divina Scriptura aliquid reperi mendacium, quia impossibile videbatur, quod virgo manens virgo pareret, abrasit verbum illud Virgo, et loco illius substituit *ngulna*, quod sine aspiratione scriptum, etiam non virgini competit, ut dixit apud Virgilium Dido:*

Tu ne ille Aeneas quem Dardanio Anchisae,
Alma Venus Phrygii genuit Simeontis ad undam?

Sed et illud valde singulare hic referre non praeteribo, quod relatum invenio in praefatione quadam Celsi ad Virg. in alliteratione Iasonis et Papiasi, quod ponitur inter opera Cypriani, ubi Simeon caecus ante fuisse dicitur, et tunc visum recepisse, quando Christum in lucis recepit: verba eius sunt haec: *Simeon quoque iustus, qui in caecitate constitutus divino monitu audierat se non ante moriturum, quam videret Christum, cum in templo omni populo praesente intersecum inferret mater, et in spiritu natum esse Christum sensit, acceptum in manibus puerum vidit, et benedicens Deum in conspectu, et auditu omnium dixit: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutarem tuum. Simeon quod caecus audierat, evidenti veritate perfectum, et veritatem quam accepto lumine viderat benedicens, palam Deum populo praedicabat. Ad hoc enim viderat, ut referret, et revelatione sua, quod Christus natus fuisset, ostenderet, et perfidi populi initia incredulitatis instrueret; haec ibi.*

Quamvis vero post haec superstes fuerit Simeon, incertum esse Niceph. (lib. 1. cap. 12) prolus obisse refert: *Cum Christum, inquit, conspexisset Simeon, carnis mole protinus solutus est. Quam autem magna sanctitate emicueret, quantisque meritis coruscaverit sanctus Simeon, diserse satis evangelica eloquia continentur, Luca dicente: Ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, et homo iste iustus, et timoratus, expectans consolationem Israel, et Spiritus sanctus erat in eo. Verba ista huius venerabilis senis plena sunt encomiis, nulla ratione silentio praetermittendis. Et quidem in primis card. Toletus (in c. 2. Luc.), scilicet observavit, quod particula *ecce* non solum rem ipsam praesentem indicat, sed etiam hominis excellentiam, et mysterii magni conscium. Deinde quod homo appellatus fuerit ab Evangelista, mysterio non vacat, si illud Diogenis philosophi, quod in ore omnium versatur, in me-*

moriam revocemus, qui in meridie facula accensa Athenarum plateam magna populi caterva plenam percuterens, interrogat quid quaereret? respondit inter millia hominum, *hominem unum quaero; hoc est, hominem qui non more belluarum instat illarum, ventri inserviat, carnis oblectamentis vacet, horribus, et dignitatis inhiet, divitiarum cupiditate flagret, sed quaero hominem, qui ratione deae singula operetur, qui fugat inaequos honores ultra spernat, qui dignitas et stercora arbitretur, qui carnis petulantiam et effraenes eius impetus coercet: qui enim ita se gerit, merito homo, ceteri non homines, sed bruta animantia nuncupari merentur. Ad id ergo significandum Evangelista dixit de Simeone: *Ecce homo: homo quidem. sed non ille, de quo Spiritus sanctus dixit (Ps. 48): Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis.* Homo quidem, sed non ille, de quo Apostolus (1. Cor. 2): *Animalis homo non percipit ea quae sunt Spiritus Dei.* Homo, sed non ille, de quo (Ecl. 8): *Dominatur homo homini in malum.* Homo, sed non ille, de quo David (Ps. 34): *Homo pacis meae, in quo speravi, magnificavit super me supplantationem?* Homo, sed non ille, de quo David (Ps. 40): *Homo cavitati similis factus est.* Homo, sed non ille, de quo legitur (Ecl. 9): *Nescit homo, ultra amore, vel odio dignus sit, cum ex divina revelatione agnoverit se moriturum in pace: nunc dimittis servum tuum in pace.* Homo, sed non ille, de quo (Ps. 51): *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem, nec speravit in Deo salvaturo suo, cum sacer Evang. de eo dicit, quod erat expectans redemptionem Israel.* Homo, sed non tandem ille, de quo Christus Dominus dixit in parabola de zizania (Matth. 13): *Inimicus homo hoc fecit.* Quis ergo homo fuit Simeon? arbitror quod ille, de quo (Eclesiast.): *Homo sanctus in sapientia manet, sicut sol.* Arbitror quod ille, de quo idem ait: *Homo sapiens in omnibus metuit.* Arbitror quod ille, de quo ipsemet inquit (Matth. 12): *Bonus homo de thesauro suo profert bona.* Arbitror quod ille, de quo dicitur etiam (Ecl. 12): *Ibi homo in domum aeternitatis suae, et benedictione coelestis gloriae perfertur.* Arbitror tandem fuisse hominem illum, de quo David (Ps. 127): *Ecce sic benedictus homo, qui timet Dominum; cum benedictionem omnium gentium propriis ulnis suscipiat, et accipit eum in ulnas suas.**

Vocat deinde Lucas Simeonem hominem, ut discernat illum ab eis, qui more belluarum viventes, illi nomine indigni sunt: qui enim mordaces dentes ad laedendam proximi famam excacit, canis, non homo appellari debet: qui rapaci manu proximi bona surripit, leo potius nuncupatur: qui calcem impingit proximo suo. hoc est, eius personam spernit, equus nominatur, aut iumentum refractarium: qui voracitati, et ingluvie deditus est, lupi nomen meretur, qui lascivia, et luxuria totum diluit, is apru nomine dignus est: qui verba petulantia ac virulentae effundit, draeco appellatur: serpens ac basiliscus. Sanctus vero Simeon, quia ab his omnibus ferinis moribus longe alienus erat, consulto ab Evang. homo vocatur; hoc est, qui

ratione ducitur, et ab his quae illa praescribit, non deviat. Sed cur quae ab Evango. his Simeon vocatus est homo, cum revera sat fuisse dicere, *homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon*, et ad veritatem historiae enarrandam nihil defuisse? facile creditur aliquod in hoc latere mysterium: mihi illud detegitur, viro fideli satis non esse semel fuisse hominem, sed oportet, ut bis sit homo, prius per naturam, deinde per gratiam. Hanc necessitatem satis explicuit Christus Dominus, cum dixit (Joan. 3): *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei*. Sane omne quod renascitur, iam praesupponitur semel natum. Per illam ergo nativitatem nascitur homo secundum naturam; per secundam vero, quam Christus Dominus vocat renascentiam, nascitur secundum gratiam. Ut denotaret ergo Evango. hanc geminam hominis rationem in Simeone inveniri, idcirco bis ab eo vocatus fuit homo. Verum ut id expressius significaret, vocavit illum *iustum*: *Et homo illi erat iustus*. Quo uno verbo tot Simeonis encomia complexus est, ut si omnia mihi prosequenda essent, oporteret totum hoc opus in his enarrandis versari. Duo, vel tria attingam, ut ad reliqua exponenda properem. Et quidem in primis, cum Ecclesiasticus dixisset: *Non est speciosa laus in ore peccatoris*, hinc est quod cum Simeon in Cantico illi, *Nunc dimittis*, divinas laudes intonaturus esset, ut illas Deo acceptas praemonstraret, prius eius sanctitatem commendat, instans illum praedicans; iustum, inquam, ea iustitia, quae divinae naturae consortem hominem reddit, ac filium Dei adoptivum constituit; quo praeter Dei filiationem naturalem, quae soli Christo Domino competi, nihil sublimius, ac excellentius excogitari potest. Taliter autem Simeon filius Dei fuit, ut a patris sui nobilitate minime degeneraret, quod sane potissimum est, in quo praecipuam suam curam vir iustus impendere debet. Unde d. Ambrosius (in suo Ex.): exponens verba illa Gen. *Germine terra herbam viventem, et facientem fructum iuxta genus suum*, inquit: *Et tu homo iuxta genus tuum vive, non adulteris genus tuum. Vis illud nosse? attende Apost. dicentem: Genus cum simus Dei*. Si igitur propter naturalem filiationem, quam per rationem, et liberum arbitrium cum Deo habemus, propter quod Paulus dixit, nos esse ex genere Dei, debemus sedulam diligentiam adhibere, ne turpitudine peccati hanc generis nostri nobilitatem maculemus: quanto magis cum iustus propter adfinitatem per gratiam coniunctior sit illi, curare debet a dignitate filii Dei non degenerare? Deinde hoc ipso quod Evangel. Simeonem vocat iustum, coelestibus charismatibus cumulatissimum commendat: iustus enim David Deo dicebat (Psalm. 4): *Delisti laetitiam in corde meo, a fructu frumenti, vini, et olei multiplicati sunt*: ecce quomodo distribuit Deus bona sua inter iustos, et peccatores: iusto quidem cordiale alacritatem ei impertitur: *Delisti laetitiam in corde meo*; peccatorum autem bona quaedam temporalia donat: *Panem, vinum, et oleum*, quibus mundi divites frequentes abundant. In cuius umbra et figura legimus

apud Gen. quod Isaac benedicens filios suos, Jacob praedestinato coelestium donorum ei impertivit benedictionem (Gen. 27): *De rore coeli det tibi Deus, de pinguedine terrae*: primo loco superna bona de rore coeli, tanquam poliora et principaliora; deinde secundo loco ut accessoria ei deprecatus est temporalia, *De pinguedine terrae*: quasi audivisset illud Christi Domini (Matth. 6): *Primum quaerite regnum Dei, et omnia haec adicientur vobis*. E contra vero, cum benedixit Esau reprobo, prius benedictione rerum temporalium, quam coelestium benedixit, dicens (Gen. 27): *In pinguedine terrae, et in rore coeli desuper erit benedictio tua*. Ecce tanquam principalis non in se, sed in estimatione ipsius Esau, praepositum pinguedinem terrae rori coelesti, propheticis Spiritu vaticinans, impium Esau bona coelestia praepositurum fore terrenis: his enim peccatores se impleri satagunt: unde David dixit (Psalm. 16): *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum*. Quid quaeo habet Deus absconditum in terra, anrum certe, argentum, et pretiosa alia mineralia, quae propterea arbitror Deum, instar piissimae matris gladium parvulo abscondentis, quo se ferire possit, inter viscera terrae ab eorum oculis ea subdixisse. Multis quidem divitiarum, et rerum temporalium affluentia velut acutus gladius fuisse perhibetur, quo eorum animae transfixae in aeternam peribunt, quae propterea Deus multis peccatoribus impertivit, ut propter commissa peccata debitas luan poenas. O quam incudior, et felicior eorum sors, qui in praesenti vita non temporalibus, sed spiritualibus affluent divitiis: temporalia enim velut spinae pungunt, spiritualia vero instar liliorum delectant, ut expertus est Paulus, cum dicebat: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio*: a quo si quaeratur quod genus gaudii hoc est, quo iustorum corda exhilarant? respondet: *Gloria nostra testimonium conscientiae nostrae*: quae verba per illa explicari posse autumo, quae sapienter dixit Seneca: *Gaudium virtutis exaltat fons in domo propria nascens*: recte quidem: nam ex puritate conscientiae pullulat spes firmissima fruendi Deo in aeternum, quia ut Christus Dominus dixit (Joan. 4): *Gratia fons est salientis in vitam aeternam*; hoc autem gaudium ita tenaciter iustorum cordibus inest, ut Christus Dominus dixerit: *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis*. Atque hunc existimo esse germanum sensum verborum illorum prophetae Habacuc, *fons non florebit, et non erit germen in vineis*: mentietur opus olivae, et arca non afferent cibum; ego autem in Domino gaudebo; quia dicit: deficere quidem potest fons ex inclementia aliqua coeli, ut bene etiam culla ac coelestis irrigata ficos non producat; deficere potest vinea in ferendis uvaram botris, quantumvis cultoris industria non desideretur in ea: potest mentiri oliva, non reddente virore eius, quos promiserat fructus: possunt tandem arva, in referendo frumentum, et oleum avara esse; cor autem iusti divina gratia foecundatum non potest non parere gaudium, imo et saepe parit tripudium, quia hic est fretus infestibilis bonae conscientiae: *Ego autem in Do-*

mino gaudebo. Testis huius veritatis est s. Simeon, qui tanto gaudio perfusus erat, ut magis indidem eius intra se non capiens desideraret extra se per morlem exire: *Nunc dimittis serenum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace*. Id quod sequentia verba eiusdem prophetae Habacuc (c. 3) satis indicant: *Et super excelsum meo deducet me victor in palmis canentem*. Ubi notandum est, quod in Hebraeo habetur, *deducet meo victori*, quo etiam modo translulit Pagnin. Unde s. Remig. et Altisiodor. verterunt in hunc modum, *deducet me canentem*; quasi diceret: gaudium iusti non sistet hic, quia iustitia, et sanctitas eius perducet illum ad gaudium coeleste, et resituet eum Christo Domino salutari suo. Persimilia sunt his verbis illa alia davidica (Psalm. 19): *Lactabimur in salutari tuo, et in nomine Dei nostri magnificabimur*. S. Theodor. vertit ex hebraeo, *in nomine Dei nostri ducentis choros*, id est psallemus sicut et chori angelici, una voce dicentes, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. Felix legit, *in nomine Dei nostri erigemus vexillum*; in quo mihi videtur altissime ad militum morem: quia sicut illi vexillum suum in sublime erigunt in signum communis laetitiae pro parte victoria; sic iusti vexillum crucis exaltant, Christi trophaea, neonem et sua propria, ingenti sinceritate concinentes.

Ad haec postquam sacer Evango. Simeonem vocavit *iustum*, continuo appellat eundem *timoratum*, et *homo iste iustus, et timoratus*, hoc est, religiosus et pius timore filiali, ut explicat cardinalis Obsevans (in c. 2. Lucae); et ut ipse recte volebat, contrarius erat hic Simeon illi iudici, cuius meminuit divus Lucas, qui nec Deum timebat, nec hominem reverebatur; similis autem Iob, de quo legimus: *Erant simplex, et rectus, et timens Deum*. Recte copulavit s. Lucas duo illa honorifica epitheta, *iustum, et timoratum*, quia proprium est iusti, et sancti viri nunquam securam esse de propria iustitia, ut eleganter ibi prosequitur d. Gregorius (sup. c. 1. Iob), sed semper eius iacturam metuere. Odonavit hoc Xenophanes philosophus, qui cum, id referente Plutarcho, ad taxillis ludendum ab Hermonio invitaretur, et ille recusasset ludere, caepit hic pusillanimitatem, et timidum eum vocare: cui ipse praudenter respondens dixit: *Fateor non solum metuetiolem, verum etiam vehementer metuetrosam, sed adversus inhonestam*. Certe esse timidum ad mala patranda genus quoddam fortitudinis est, quod peccatum vincitur, et expugnat. Unde Cleanthes, ut auctor est Laertius (c. 7), cum amicus eius, quod timoris morbo laboraret, illum improperaret, protinus respondit, *ideo minimum pecco*; quasi diceret, metus hic in laudem potius meum, quam in vituperium cedit, cum me a peccati turpitudine longe avertat. Adeo certe iustitia, et timor filialis inter se connexa sunt, ut s. Thomas (2. 2. q. 19) dicat: *Timor filialis necesse est quod crescat crescente charitate, sicut effectus crescit crescente causa: quanto enim aliquis magis diligit aliquem, tanto magis timet eum offendere, et ab eo separari*. Unde videtur mihi, quod iustus et timoratus imitator pruden-tem mercatorem, qui merces suas per mare

in remotissimum regnum transferendas assecurat, et non aliter eas mittit, quam sub fideiussione alterius, qui sub aliquo tactu pretio ad quancumque illarum mercium iacturam rescandendam publico instrumento se obligat; id quod non alia ratione mercator praestat, nisi ut periculum praevacuet, cui, ut experientia constat, naves expositae sunt, quae tempestate irruente mercibus onustae frequenter submergantur et pereunt. Sic ergo homo iustus cum experimento comperiat, penne innumeras animas instar navium, tempestuosum huius saeculi mare sulcantes, frequenter perire, et in profundum barathri detrudi; ipse cautior factus, exiguo quidem timoris pretio adhibito, virtutum merces in coeleste regnum transferendas assecurat quoad fieri potest. Ecclesiasticus (c. 27) iustum hortatur, ut timorem Domini custodiat, ne aliquando totum adificium eius spirituale funditus corruiat: *Si non in timore Domini teneris te instanter, cito subvertetur domus tua*: quasi dicit: Seto nautis in te bonum secure permaneris, nisi timoris praesidio illud munieris, instar navis, in cuius interiori parte saburra, hoc est, ingens aliquod pondus a nautis apponi consuevit, ut illius gravitate renitente, navis non possit facile hae, et illac a fluctibus, aut ventis circumferri.

Atque hinc est, quod sacer Evangelista ut significaret sanctum Simeonem non vulgariter, nec utcumque iustum esse, qui facile a iustitia cadit, sed iustum esse nunquam a iustitia casurum, idcirco pariter illum nuncupat, *iustum, et timoratum*; imo, et per hoc ultimum *timorati* cognomen arbitror voluisse illum virum famosum praedicare, quia nihil magis, quam timor Dei famosum reddidit hominem, iuxta illud (Judith 4): *Erant haec omnibus famosissima, quia timebat Dominum*. Ecce timor Dei famam, et aeterni nominis splendorem largitur. Denique id proprium est iustorum, qui cum non ignorent portare thesaurum in vasis fictilibus, certe quando ardentem Deum diligunt, tanto magis timeant ab eo separari, et minus securos se arbitrantur, cum divinis favoribus affluent, quam cum flagellis ab eo caeduntur: ut in persona Dei Iob (c. 29) his verbis edixit: *Si quando ridebam ad eos, non ridebant*: tunc dicitur Deus cum sanctis suis ridere, quando variis beneficiis eos cumulat; sed tunc illi non ridet, sed magis formidant, minusque securos se indicant, varisque modis se affligunt, et macerant cum d. Paulo, qui licet nullius gravis peccati conscius sibi esset, dicebat (1. Cor. 9): *Castigo corpus meum, et in servitutum redigo*.

Addit deinde sacer Evango. singulare aliud Simeonis encomium, quod erat *expectans consolationem Israel*. Non vacat mysterio, quod non dixerit, sperans, sed *expectans*: voluit enim antiquis patribus in hoc illum antepone, quod illi divinis sollicitationibus nitentes sperabant quidem Christum venturum, non autem illum expectabant, quia revelatum eis erat post plurimos vitae illorum annos adventum eius futurum; Simeon vero non solum sperabat, sed expectabat etiam propriis oculis eum videre, quia

iam prae foribus adstare divinitus praenoverat. Dicit autem, quod erat *expectans consolationem Israel*: quia ex propheta Isaiae didicerat Christum suo adventu non consolaturam (*Isaiae 51*): *Consolabitur Dominus Sion, et consolabitur omnes ruinas eius*: et alibi inquit: *Ad annuncinandum mansueti misit me, ut mederer contritis corde, et praedicarem captivis indulgentiam, et praedicarem aperiens, et praedicarem annam placentem Domino, et diem ultionis Deo nostro, et consolarem omnes indulgentes*. Quamvis autem Euthymius consolationem hanc a Simeone expectatam interpretelet revocationem ab erroris servitute: et Titus etiam Bostrensis intelligit, liberationem populi a Romanorum dominio, et Herodis alienigenae tyrannide; ego quidem non aliam iudico Simeonem expectasse consolationem, quam a Christo Domino praestandam, a peccatorum servitute nos liberando, et cum Deo Patre reconciliando. Erat ergo Simeon expectans, sed non ut vos fugaces mundi honores, fallaces divitias, caduca luera, ac terrenas consolationes, sed expectabat Christum Dominum, cum Davide dicens (*Psal. 38*): *Et nunc quae est expectatio mea, nonne Dominus?* Sed ad quid expectas Dominum ut consoleris, tibi ne soli? nequaquam, sed ut consoleris Israel, et expectans consolationem Israel: propterea enim dixit d. Ambrosius (*lib. 2. in Luc.*) de illo: *Bene iustus, qui non suam solum, sed populi gratiam requirebat, cupiens ipse vinculus corporeae fragilitatis exsolvi, sed expectans videre promissum*. In hoc certe valde splendet ardens Simeonis charitas, qui non iam commodum suum, quam Dei gloriam, et publicam animarum utilitatem quaeritabat: ut enim dixit Apostolus (*1. Corint. 3*): *Charitas non quaerit quae sua sunt*: unde eleganter d. Ambrosius (*lib. 1. offic. c. 25*): dixit: *Charitas communia pro suis habet, sua vero pro communibus*: quae sententia consona satis est cum alia d. Aug. (*epist. 109*): *Charitas communia propriis, non propria communibus anteponit*. Sed audiamus d. Paulum, qui ardentissime amoris flammis exaestuas dicebat (*1. Cor. 12*): *Ego autem libentissime impendam meipsum, et superimpendam ipse pro animabus vestris*: et alibi (*1. Cor. 15*): *Quotidie morior pro vestra gloria, fratres*: et in alio tandem loco (*1. Cor. 10*): *Non quaerens quod mihi utile est, sed multis*. Hanc excellentissimam Pauli charitatem, quam sacrificium Deo fieri pro salute hominum avidissime cupiebat, his verbis commendat d. Chrysost. (*ho. 1. de laudib. Pauli*): *Non una tantum vice, siquidem semetipsum per dies singulos immolabat: nam et ad pericula iugiter parabat, consummans voluntatem martyrii, et naturam in se mortificandae carnis, nihil mirus quam immolatae hostiae Deo minus implebat; et quia semetipsum conseraverat Deo, etiam orbem universum studuit offerre, qui omnem prorsus, quae sub coelo est, regionem, quasi totius circumivit, ut ex hominibus angelos faceret, et propterea laetissimo animo dicebat, scribens ad Philippenses: Sed etsi immolar supra sacrificium, et obsequium fidei vestrae, gaudeo, et congratulor omnibus vobis*: hactenus d. Chrysost. Quid plura? Et Spiritus sanctus, ait sacer Evangelista,

erat in eo. Experientia constat, quod quanto quis plures divitias comparavit, tanto plus illas perdere timet; quia ergo Simeon multis spiritualibus opibus affluens, timebat eas perdere. Evangelista dicitur, ut supra vidimus, quod erat timoratus. Hic ergo timor fecit illum templum Spiritus sancti inhabitantis in eo: nam, ut philosophi docent, timor ad intimam cordis spiritum regredi compellit. Scio Euthymium, lansonium, nec non card. Tolet, expovere haec verba, ut intelligatur Spiritus sanctus esse in eo per donum prophetae, quia revelationem de Christo acceperat a Spiritu sancto; in quo d. Petrus ait (*2. Petr. 1*): *Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines*; tamen d. Bonaventura (*in c. 2. Lucae*), et multi Neoterici, illa explicant de existentia Spiritus sancti per gratiam, et charitatem; et in hoc sensu videntur haec verba rationem reddere, quare omnia mundi oblectamenta Simeon floccipendens, solum Christum desideraret, et expectaret, quia scilicet Spiritus sanctus erat in eo. Est enim non leve argumentum inhabitationis Spiritus sancti in anima, omnibus terrenis despectis solo Dei amore afflicti, et accendi. D. Paulus dixit, ubi est Spiritus Domini, ibi libertas; quae verba elucidans Origenes (*hom. 12. in Ezech.*) inquit: *Quid vocas libertatem? non servire saeculo, non servire pecuniae, non servire desiderii carnis? Ego interim dico, quod donec alicui horum deservio, non sum consequutus ullam libertatem Spiritus sancti; si laudis sum cupidus, et gloriam sector humanam; si de hominum vultibus, et sermonibus pendo, quid de me ille sentiat, quomodo ille me habeat, non illi displicam, si illi placeam? donec requiro ista, servus horum sum, non habens libertatem Spiritus. Recte ait, non habens libertatem, quia libertas spiritus ab omnibus quae mundi sunt, expedita est, ut soli Deo inserviat, ei soli attendat, ei soli placeat. Unde recte Chrysost. (*hom. 59. in Matth.*) dixit: *Nihil est quod sic tollat animae libertatem, quemadmodum rerum saecularium cupiditas: non enim sibi vivunt, sed alteri, et mille dominis premuntur*. Nemo igitur inficari poterit veram libertatem esse ab omni terrena cupiditate alienam uni solo Domino famulari, cui servire regnare est.*

Tandem subdit sacer Evangelista, *non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Dominum*. Illud discrimen adnotavit divus Ambrosius (*super Psalm. 118. serm. 10*), quod si quis prius videt basiliscum, quam videtur ab illo, continuo basiliscus moritur; et contra vero, si hic prius videt hominem, confestim homo interit: non dissimiliter illud est discrimen inter iustum, et peccatorem, quod hunc prius videt mortis basiliscum, quam videtur ab illo, et ab eo saepe repente invaditur, ad quod cavendum Ecclesia catholica precatur: *A subitanea, et improvisae morte, libera nos Domine*. Iustus autem per continuum mortis meditationem prius videt mortis basiliscum, et sic eius damna praecavens, ab eius veneno non inficitur, sed in pace in ipsidum dormit, et requiescit. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XIV.

Prosequimur eadem praebidia multis animi conceptionibus, ac variis Patrum doctrinis illa exponentes verba: *Respondum acceperat a Spiritu sancto*, non visurum se mortem nisi prius videret Christum Dominum: et venit in spiritu in templum, et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit eum in ulnas suas.

Sanctissimus Simeon cum non solum vilae integritate, sed doctrinae sinceritate conspicuus esset, et in sacra pagina apprime versatus, ex divinis eloquiis praenoscere iam adventum Christi Domini adstare: videbat enim regale sceptrum ablatum, et Iacobi vaticinium adimpletum (*Gen. 49*): *Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est*. Herodes namque alienigena Idumaeus sua tempestate regnabat in Israel. In Daniele item legerat septuaginta annorum hebdomadas, hoc est, 490. annos a secundo anno Darii Artaxerxis Longimani usque ad adventum Christi fore; unde coniciebat iam Messiae tempus prae foribus esse, et quo propius adesse putabat tempus Messiae, eo ardentius cupiebat illum videre. Verum non solum hanc certitudinem, sed singularem aliam adventus Christi Domini habuit: nam quamvis card. Tolet. (*in commentario huius loci*) doceat, ex vi illorum verborum, quibus Evangelista ait, Simeonem responsum accepisse ab Spiritu sancto non visurum se mortem, antequam videret Christum Dominum, non posse colligi, quod id prius ipse postulasset a Deo: quia etiam de Magis non postulantis dictum est (*Matth. 2*): *Responso accepto, ne redirent ad Herodem*; tamen d. Augustinus (*serm. 3. verb. Apost.*), cui consensio, affirmat prius revera Simeonem multo precibus a Deo petiisse videre Verbum divinum incarnatum, illudque dixisse davidicum (*Psal. 84*): *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis*. Et (*serm. 2. de tem.*) inquit: *Multum senex ille fuit ad audendum serus, sed ad videndum maturus*. *Non expectavit, ut Christum audiret loquentem, quoniam agnovit infantem, et hoc illi constans erat iam decrepito quasi desideranti, et suspiranti, et dicenti quotidie in orationibus suis, quando veniet? quando nascetur? quando videbo? Putas durabo? putas hic me inveniet? putas, isti oculi videbunt, per quem cordis oculi revelabuntur? Dicebat ista in orationibus suis, et pro desiderio suo accepit responsum non gustare mortem, nisi prius vidisset Christum Dominum*. Itaque factus tanquam alter Daniel vir desideriorum, clamabat cum David: *Ueque in senectam, et senium, Deus, ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum generationi omni, quae ventura est*. Huic ergo petitioni arbitror datum fuisse a Deo iuxta mentem divi Augustini divinum responsum ipso implente, quod praedixerat David (*Psal. 10*): *Super sa-*

CARTHAGENA, de B. M. V.—Vol. II.

lutare tum exultavit vehementer: desiderium cordis eius tribuisti ei, et voluntate laborum eius non fraudasti eum.

Ad recipiendum ergo Simeon hoc tantum bonum divinitus sibi promissum, ad visitandum Dei templum se contulit (*Lucas 9*): *Et venit in spiritu in templum*. Hoc templum in monte Moria erat constitutum, in quo voluit Abraham immolare Isaac filium suum. Iacob dormiens ininitus esse scalam erectam usque ad coelum, et David cum vidit angulum stantem, et cadentem populum, in terram corruit, graviterque se affligens a Deo veniam meruit. In hoc monte erat area Iebusaei, quam David ad constituendum ibi domum Domini idcirco emerat, quia misericordiam in illo loco consequutus fuerat. In hoc rursus sancto templo cum Salomone aedificare ipse perficisset, et sacrificia Domino offerret, nebula illud implevit, descendens de coelo deoravit holocausta. Cum etiam ibi flexis genibus, et manibus ad coelum expansis, Salomon Dominum orasset, ut quicumque beneficia petitus ingrederetur, preces eius a Domino reciperetur, apparuit ei Dominus dicens (*3. Reg. 9*): *Ecce audivi orationem tuam, et deprecationem tuam: elegi enim, et sanctificavi mihi locum istum*. In hoc templo Heliodorus a rege Antiocho missus, vulneratus est. In hoc templo beata Virgo cum aliis virginibus ministra templei cortinas, et vestimenta sacerdotalia preparabat, literas sacras addecebat, icunias, vigiliis, orationibus, et divinarum lectionum studiis vacabat. In hoc templo Dominus noster Iesus Christus a parentibus est oblatas, a Simeone susceptus, a sancta Anna vidua omniibus, qui expectabant redemptionem Israel, annuntiatus. In hoc templo Iesus, cum iam duodecim sedes annorum, inventus est ad disputationem sedens in medio Doctorum. Supra pinnaculum huius templei Iesus diabolus statuit, et ut se deorsum mitteret, tentando suggestit. Ab hoc templo videntes, et ementes ciecit, ac mensas numulariorum, et cathedras columbas vendentium evertit. In hoc Iherusalem auditeram ab accusantibus eam. Imminente etiam eius passione tota die erat in templo hoc publice docens. Huius templei velum in morte eius scissum est a summo usque deorsum, ut pateret introitus ad sancta sanctorum. Ab huius templei pinnaculo versus meridium beatus Iacobus apostolus primus Ierosolymorum episcopus praedicans praecipitatus, pericula fullonis percussus, martyrio est coronatus. In huius templei, et altari, quod est ante templum foris in atrio ad meridiem Zacharias filius Barachiae martyr occubuit. Ipsum vero templum rotundum constat ex oculo parietibus, conclusum exterius per circumitum; interius vero ingentibus columnis marmoreis per trivium; in medio quoque in ipsa altitudine in modum fornicis est obductum. Est autem intrinsecus scriptum in supremo ordine (*3. Reg. 8*): *Audi Domine hymnum et orationem, quam servus tuus orat coram te hodie, et sint oculi tui aperti, et aures tuae intentae super domum istam die, ac nocte*. In unoquoque vero pariete extrinsecus scripti sunt singuli istorum ver-